O. Ταῦτα πρὸς φύλακας καὶ τοὺς Φαρισαίους ὁ ἄγγελος λαλήσας, καὶ τούτους καταλιπὼν ἐφριμμένους καὶ τρέμοντας, ἐπέστρεψε πρὸς τὰς γυναικας τὸ πρόσωπον· καὶ πρῶτον μὲν δέδωκεν αὐταῖς κατατρυφῆσαι βλέμματος ἡμέρου καὶ προσηνοῦς. Ἐπειτα τῶν ψυχῶν αὐτῶν τὸν φόνον ἔξεβαλε βοῶν πρὸς αὐτάς. «*Μή φοβεῖσθε ὑμεῖς. Οὗτοι δειλιάτωσαν καὶ φοβεῖσθωσαν· ἔχθροὶ γάρ εἰσι καὶ πολέμιοι· ὑμεῖς δὲ μή φοβεῖσθε, ἀλλὰ σχετᾶτε καὶ χαίρετε.*» Αξια γάρ στεφάνων ἐπράξατε. Μή φοβεῖσθε ὑμεῖς· μιᾶς γάρ δεσποτείας ἔσμέν τὸν αὐτὸν δοξάζομεν Κύριον. Οἶδα δτι *Ἴησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε.* οὐκ εἶπεν, *Ἴησοῦν τὸν νεκρόν· οὐ γάρ ἦν τότε νεκρός· ἀλλ’, *Ἴησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον· τὸν δι-**

A *terram, quo terrae motus annuntiacioni tuae patrinos accedat.* »

VIII. Statim vero angelus ad sepulcrum Domini-
cum veuit: non enim ausus est non obedire præcepto Domini. Ut autem primum venisset, terram a fundamentis concussit, ut a somno excitatis custodibus, ipsis [coram testibusque, causam sui adventus ediceret. Tum vero videntibus illis revolvit lapidem ab ostio monumenti, ac sedit supra illum irridens signacula ferrea ut imbecilla, Judæisque insultans tanquam qui custodiā lapidi credidissent. Erat autem aspectus ejus sicut fulgur. Ubi enim non obumbrat nubes peccati, illic multa forma splendoris est. Et vestimentum ejus album sicut nix⁹. Quarum enim rerum erat prædictator futuros, iis congruam speciem stolamque habuit. Plane enim oportebat; par plane erat, ut lætæ rei numeri, per omnia lætus appareret. Ubi porro nimio metu perterrituisset custodes, parumque abesset, ut ne velut mortuos praesentes omnes Judæos effecisset, ait ad illos: «*Quid vos timetis, ο Φαρισαῖοι? Quid tremitis, omnesque velut mortui in facies concidistis?* Itane, me coram servo, mortui; coram autem Domino ferores ac temerarii? Sic ne miles vobis visus sum terribilis; Rex autem cœlorum contemptibilis? Non potestis, citra periculi ansam, militis unius præsentiam ferre; ac angelorum Creatoris obscuraturos vos ac retardaturos efficacitatem existimatis? Qui me cœlestem operium minime potuistis prohibere, ut ne transferrem lapidem, quomodo creaturæ totius artificem prohibueritis, ut ne volens proprii corporis templum instauret? Qui creaturam nequidquam impedire valueritis, quomodo Creatori resistere tentatis? Cœterum surgite, ac accurate undique circumspicite; num modo Petrum socium habeam? num piscatorum aliquis, conjunctis mecum operibus, furetur mortuum? num Deus auxiliante egeat? num Deus Verbum ad carnis sue resurrectionem cujusquam operam necessariam habeat? »

IX. Hæc ubi angelus locutus esset ad custodes ac Phariseos, dejectos eos ac trementes relinquens, vultum ad mulieres convertit: ac primum quidem, leni obtutu ac blando recreavit; tumque ab animis depulit metum, ita inclamans: «*Nolite timere, vos¹⁰.* Isti paveant timeantque: quippe hostes sunt ac inimici. Vos autem, nolite timere; quinimo, triplu-
dio gaudete: digna quippe coronis egistis. Nolite timere, vos: unius enim dominatui subjicimur: eumdem clarificamus Dominum. *Scio quia Jesum crucifixum quæreritis*¹¹. Non dixit, Jesum mortuum: nec enim tunc temporis erat mortuus; sed, *Jesum crucifixum*, eum, qui vestri causa crucis confusionem proculcavit¹². Eum quæreritis, qui quærerit quærentes

⁹ Matth. xxviii, 33. ¹⁰ ibid. 4. ¹¹ ibid. 5. ¹² Hebr. xii, 3.

(11) Τῷ δημιουργῆματι. Forte, τὸ δημιουργημά τι. Id.

se¹³. eum, qui prope est invocantibus eum¹⁴. Scio quia Jesum queritis crucifixum: Non est hic¹⁵: non est ubi putatis: non est quo loco positus iacebat. Quid hoc ait, o angel? Non est hic Dominus noster ac heros? non est nostrarum argumentum lacrymarum? Ergo frustra eum luximus? Frustra ei mortuorum xenia obtulimus? Non est hic? Ergo iterum eum alio maligni transtulerunt? Eliam sepulturæ honorem inviderunt, qui vitam inviderant? Non est hic? Ubinam vero est? cito, rogamus, edicito. Seda trementes animos nostros: ne luctui addere velis luctum alium: ejus nobis mortui locum ostende, quem querimus, ut quantocius eo currentes, oculorum rivulis tristitiam vacuemus.

X. At angelus: « Vultis, inquit, scire, ubi sit quem queritis, ac quomodo resurrexit? Vobis ego referam: Propterea enim ad vos missus sum, ab ipso quem queritis mortuo, ut et ipsius resurrectionem doceam, vestrosque cum animos ac lacrymas sistam, atque animi letitiam ex narratione erigam. Surrexit, sicut dixit¹⁶. Nunc etiam solito Veritas verax fuit, et quæ verbis protulit, etiam opere implevit. Immortalis ejus divinitas, immortalis permansit; ac quo tempore caro mortua est, mortale corpus ejus corporeis suis oculis mortis somnum suscepit. Recumbens enim dormivit ut leo¹⁷ regie; rediens vero, processit inde ut Deum decet. Non cognoverunt custodes, ejus quem custodiebant processum: minime siquidem digni erant, ut quem impugnabant, resurgentem viderent. Non prohibuerunt signacula ferrea Domini exitum: nequivit sepulcrum impedire resurrectionem Omnipotentis: non valuit mors eum vincere, qui minime peccatis vincetus fuisset. Loco, nolens tyrannus, Regi cessit. Infernus ipse pavens, terrore fuit correptus. Inferni janitores, projectis clavibus ac januis apertis, nulli quidquam ausi sunt dicere, eorum qui simul resurrexerunt. Surrexit igitur, sicut dixit. Quomodo vobis narram arcana? Quo præconio celebrem, quæ sermonem omnem superant sensumque? Quomodo resurrectionis Dominicæ sacramentum explicem? Etiam crux sacramentum est; triuana quoque ejus mors sacramentum; omnia denique spectantia ad Salvatorem, sunt sacramenta. Quemadmodum enim natus est clavis virginibus claustris, ita et resurrexit clauso sepulcro: ac sicut unigenitus Dei Filius, primogenitus factus est ex matre, ita resurgens, factus est primogenitus ex mortuis¹⁸. Sicut ergo natus, haudquam matris Virginis virginitatem solvit; ita nec resurgens sol-

A οὐδὲ τοῦ σταυροῦ τὴν αἰσχύνην πατήσαντα (12). Ζητεῖτε τὸν ἐπιζητοῦντα τοὺς ζητοῦντας αὐτὸν. Ζητεῖτε τὸν ἐγγὺς ὅντι τῶν ἐπικαλουμένων αὐτὸν. Οἶδα ὅτι Ἰησοῦν τὸν ἐσταυρωμένον ζητεῖτε· οὐκ ἔστιν ὁδε· οὐκ ἔστιν ὅπου νομίζετε· οὐκ ἔστιν ὅπου κατέκειτο. » Τί λέγεις, ὡς ἄγγελος; Οὐκ ἔστιν ὁδε ὁ ἡμέτερος Δεσπότης καὶ Κύριος; οὐκ ἔστι τῶν ἡμετέρων δάκρυών ἡ πρόφασις; Μάτην αὐτὸν ἐπενθήσαμεν; Μάτην αὐτῷ προσηνέγκαμεν τὰξ ἔνια τῶν νεκρῶν; Οὐκ ἔστιν ὁδε; Μετέθηκαν αὐτὸν πάλιν ἀλλαχόσει οἱ πονηροί; Ἐφθόνησαν αὐτῷ καὶ τῆς ταφῆς, οἱ φθονήσαντες τῆς ζωῆς αὐτοῦ; Οὐκ ἔστιν ὁδε; Ἀλλὰ ποῦ ἔστιν; εἴπε τῇ με, δεδμεθά σου, ταχύ. Στῆσον τρεμούσας ἡμῶν τὰς ψυχάς· μή τῷ πένθει πένθος ἐπιβάλῃς ἔτερον· ὑπόδειξον τὴν τόπον τοῦ ἐπιζητούμένου νεκροῦ, ἵνα δραμοῦσαι ταχέως ἐκεῖ, κενώσωμεν τὴν λύπην ὃις τῶν ὁφθαλμῶν

C 1. Καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη· « Βούλεσθε μαθεῖν ποῦ ἔστιν ὁ ζητούμενος παρ' ὑμῶν, καὶ πῶς ἀνέστη; Ἐγὼ διηγήσομαι· διὰ τοῦτο γὰρ ἀπεστάλην πρὸς ὑμᾶς παρ' αὐτοῦ τοῦ παρ' ὑμῶν ζητούμένου νεκροῦ, ἵνα καὶ τὴν ἀνάστασιν αὐτοῦ διδάξω, καὶ τὰς ὑμετέρας ψυχὰς θεραπεύσω, καὶ τὰ δάκρυα στήσω, καὶ πρὸς εὐφροσύνην ὑμᾶς ἐπάρω τῷ διηγήματι. Ἡγέρθη, καθὼς εἶπεν. Ἡλήθευσε καὶ νῦν συνήθως ἡ ἀλήθεια, καὶ ἅπερ τοῖς λόγοις εἶπε, ταῦτα τοῖς ἔργοις ἐπλήρωσεν. Ἡ ἀθάνατος αὐτοῦ θεότης ἔμεινεν ἀθάνατος· καὶ ἐν τῷ καιρῷ τῆς τελευτῆς τῆς σαρκός, τὸ θυητὸν αὐτοῦ σῶμα, τοῖς σωματικοῖς αὐτοῦ ὁφθαλμοῖς, τὸ θανάτου τὸν ὑπνον ἐδέξατο. Ἀναπεσὼν γάρ ἐκοιμήθη ὡς λέων βασιλεῶς ἀναδραμὼν δὲ, προῆλθεν ἐντεῦθεν θεοπρεπῶς. Οὐκ ἔγνωσαν οἱ φύλακες τοῦ φρουρούμενου τὴν πρόσοδον· οὐ γὰρ ἦσαν ἄξιοι τὸν ὑπ' αὐτῶν πολεμούμενον κατιδεῖν ἀναστάντα. Οὐκ ἐκάλυψεν ὁ τάφος τοῦ παντοδυνάμου τὴν ἔγερσιν. Οὐκ ἴσχυσε καταδῆσαι τὸν μὴ δεδμένον ταῖς ἀμαρτίαις ὁ θάνατος. Παρεχώρησεν ἄκων ὁ τύραννος τῷ βασιλεῖ. Αὐτὸς ὁ ἄδης δεινὸς ἀταξ ἐγένετο σύντρομος· οἱ πυλωροὶ τοῦ ἄδου τὰς κλεῖς βίψαντες, καὶ τὰς πύλας ἀνεπετάσαντες, οὐκ ἐτόλμησαν οὐδὲν εἰπεῖν οὐδὲν τῶν συναναστάντων αὐτῷ. Ἡγέρθη οὖν, καθὼς εἶπε. Πῶς διηγήσομαι τὰ ἀπόρρητα; Πῶς κηρύξω τὰ νικῶντα πάντα λόγον καὶ νοῦν; Πῶς ἔρμηνεύσω τῆς Δεσποτικῆς ἀναστάσεως τὸ μυστήριον; Καὶ ὁ σταυρὸς μυστήριον· καὶ ὁ τριήμερος αὐτοῦ θάνατος μυστήριον· καὶ πάντα τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα μυστήρια. « Ωσπερ γὰρ ἐγεννήθη τῶν τῆς παρθενίας θυρῶν κεκλεισμένων, οὗτοις ἀνέστη κεκλεισμένου τοῦ τάφου· καὶ ὥσπερ ἐγένετο πρωτότοκος ἐκ μητρὸς (13) ὁ μονογενῆς Γιδὸς τοῦ Θεοῦ, οὗτοις ἐγένετο πρωτότοκος ἀναστὰς ἐκ νεκρῶν. Ωσπερ οὖν οὐκ ἔλυσε τὴν παρθενίαν τῆς Παρθένου μητρὸς γεννηθεὶς, οὗτοις οὐκ ἔλυσε τὰ σήμαντα τοῦ

¹³ Prov. viii, 47. ¹⁴ Psal. cxliv, 18; Matth. xxviii, 6. ¹⁵ Gen. xlvi, 9. ¹⁶ Coloss. i, 16. ¹⁷ Matth. xxviii, 6. ¹⁸ Coloss. i, 16.

(12) *Confusionem proculeavit: πατήσαντα αἰσχύνην.* Paulus Hebr. xii, 2. αἰσχύνης καταφρονήσας. Id.

(13) *Primogenitus factus ex matre.* Ex Patre

omnino Unigenitus, ex quo non possit nasci aliis Filiis: secus ex matre, ex qua nobis similis homo natus est. Ita docte Estius, Matth. i, Vide Coloss. i, 15, 16, in illud, *Primogenitus omnis creaturæ.* Id.

μνήματος, ἀναστάς. Οὔτε οὖν τὸν τόκον αὐτοῦ δύνα-
μαι ἡδὺ περιλαβεῖν, οὔτε τὸν ἐκ τοῦ μνήματος
δρόμον ἰσχύω καταλαβεῖν. Βλέπω τὸν τόπον τῆς ἀνα-
στάσεως, καὶ προσκυνῶ τὴν ἀνάστασιν· οὐ πολυ-
πραγμονῶ τὴν ἀνάστασιν. Προσκυνῶ τὸν τόπον τοῦ
θαύματος, εἰ καὶ μὴ καταλαμβάνω τὸν τρόπον τοῦ
πράγματος. "Α βλέπω, ταῦτα καὶ ὑμῖν ὑποδείχνυμι.
Δεῦτε, ἵδετε τὸν τόπον ὃντος ἔκειτο Κύριος. Διὰ
τοῦτο γὰρ τὸν λίθον τοῦτον μετέθηκα, οὐχ ἵνα χαρί-
σωμαι πύλην ἐξόδου τῷ Ἰησοῦ· οὐδὲ γὰρ ἐδέετο τῆς
ἐμῆς βοηθείας ἡ πάντων βοηθεία· πρὶν γὰρ ἀπο-
χυλίσαι τὸν λίθον, ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος, ὃς ἡθέλησεν,
ἀνεπῆδησεν· ἀλλ' ἵνα τὸν τόπον ὑμεῖς καταμάθητε,
καὶ τὸν ἀναστάντα Χριστὸν ἀνυμνήσητε. Δεῦτε,
ἵδετε τὸν τόπον ὃντος ἔκειτο ὁ Κύριος. Τέως τὸν τόπον
θεάσασθε, καὶ κατὰ μικρὸν ἔψευθε καὶ τοῦ τόπου
τὸν ξένον καρπόν. Δεῦτε, ἵδετε τὸν τόπον, ἐν τῷ ὁ
διάβολος ἐδέξατο καιρίαν τὴν πληγήν. Δεῦτε, ἵδετε
τὸν τόπον, ἐν τῷ τῆς ὄμετέρας ἀναστάσεως ἐγράφη
τὰ σύμβολα. Δεῦτε, ἵδετε τὸν τόπον, ἐν τῷ κατέκειτο
νεκρούμενος ὁ θάνατος. Δεῦτε, ἵδετε τὸν τόπον ἐν τῷ
παρεῖς ὁ ἀσπόρος κόκκος τοῦ σώματος, πολύχουν
ἀπταχυν ἀθανασίας ἐβλάστησε. Δεῦτε, ἵδετε τὸν τό-
πον, τὸν παντὸς παραδείσου τερπνότερον. Δεῦτε,
ἵδετε τὸν τόπον, τὸν πάσης βασιλικῆς παστάδος λαμ-
πρότερον. Δεῦτε, ἵδετε τὸν τάφον ἀφύνως βοῶντα
τοῦ ταχέντος τὴν δύναμιν. Παρακύψατε εἰς τὴν θή-
κην, τὴν γενομένην πύλην τῆς ἀφθάρτου ζωῆς.
Παρακύψατε εἰς τὸ σπήλαιον, ἀφ' οὗ πρὸς οὐρανὸν
μετοικισθήσεσθε. Παύσατε τοὺς στεναγμοὺς καὶ τὰ
δάκρυα. Παύσασθε ζητοῦσαι τὸν ζῶντα μετὰ νεκρῶν.
Λέγετε κατὰ τοῦ θανάτου χορεύσουσαι· Ποῦ σου,
θάρατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ἀδη, τὸ τίκος; Καὶ
ταχὺ πορευθεῖσαι, εἰπατε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ,
ὅτι Ἡγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν· καὶ ίδοι προάγει
ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαῖαν· ἐκεῖ αὐτὸν δύεσθε·
ίδοι εἶπον ψυῖν. Ὁρᾶτε μὴ κρύψητε τὸ θαῦμα τῆς
σιωπῆς· οὐ γὰρ ἀκίνδυνον δούλοις δεσποτικῶν θαυ-
μάτων σιγῇ. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἀπὸ τοῦ μη-
μελού μετὰ φόβου καὶ χαρᾶς μεγάλης, ἐδραμο-
ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, ὅτι Ἡγέρθη ἀπὸ
τῶν νεκρῶν. Καὶ ίδοι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλι-
λαῖαν· ἐκεῖ αὐτὸν δύεσθε. Ιδοὺ εἶπεν ψυῖν.»

ΙΑ'. Ταύτας γυναικας πρὸς δρόμον δεῦτερον προ-
τέπτον τὸ Πλεῦμα τὸ ἄγιον, ἐνδιὰ διὰ τοῦ προφήτου
Ἡσαίου· Γυναικες ἐρχόμεται ἀπὸ θέας, δεῦτε· οὐ
γὰρ λαὸς ἐστιν ἔχων σύνεσιν. Τρεχουσῶν δὲ τῶν
μυροφόρων γυναικῶν φόνῳ καὶ πόθῳ πολλῷ, καὶ
φιλονεικουσῶν ἀλλήλων περὶ τὴν κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν
ταχύτητα, καὶ βουλομένης ἐκάστης πρώτης φθάσαι
καὶ κομίσαι τοῖς ἀποστόλοις τὸ ἐμπιστευθὲν αὐταῖς
εὐαγγέλιον· ἀθρόον ἐπιστὰς αὐταῖς ὁ Σωτὴρ, ἐπ-
εσφράγισε τοὺς λόγους τοῦ ἀγγέλου τῇ σφραγίδι τῆς
οἰκείας μορφῆς· καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν ἐπέρωσεν εἰ-
τῶν αὐταῖς· Καίρετε. Ἡ κατάκριτος Εὖα δει-
κίσωται· ὁ ἐξόριστος Ἄδαμ ἀνακέκληται· ἡ ἀπόφασις

A vit signacula sepulcri. Neque igitur partum ejus
sermone completi possum, neque ejus e monu-
mento valeo comprehendere cursum. Video resur-
rectionis locum, ac adoro resurrectionem; non eu-
riosius resurrectionem explorō. Miraculi locum
veneror, quanquam rei gestae modum non compre-
hendo. Quæ video, ea quoque vobis commonstro:
*Venite, videte locum, ubi positus erat Dominus*¹⁹.
Propterea enim removi istum lapidem, nou ut ja-
nuam aperirem qua Jesus exiret: non enim egebat
meo auxilio, qui est universorum auxilium: ante-
quam enim revolverem lapidem, resilierat lapis ille
summangularis pro sua voluntate; sed ut vos do-
ceremini locum, ipsumque qui resurrexit Christum,
laudibus celebraretis: *Venite, videte locum ubi
positus erat Dominus*. Hactenus contuemini locum,
brevi post etiam visuræ loci mirabilem fructum.
Venite, videte locum in quo diabolus letale vulnus
acepit. Venite, videte locum, in quo vestrae resur-
rectionis symbola scripta sunt. Venite, videte locum,
in quo mortificata jacebat mors. Venite, vi-
dete locum, in quo granum non satum solutum cor-
pore, numerosam immortalitatis spicam germina-
vit. Venite, videte locum, paradiso omni jucundio-
rem. Venite, videte locum, regali omni triclinio
splendidiorem. Venite, videte locum, muta voce
claimantem ejus qui sepultus fuerat, virtutem. Pa-
ulisper in sepulcrum inspicite, quod vitae incorru-
ptibilis porta factum est. Paulisper in speluncam
inspicite, unde transferemini in cœlestes sedes.
Temperate gemitus atque lacrymas. Ne jam ultra
quæsieritis viventem cum mortuis: Dicite, gaudio
salientes adversus mortem. *Ubi est, mors, aculeus
tuus? ubi tua, inferne, victoria*²⁰? Et cito euntes
dicite discipulis ejus: *Quia surrexit a mortuis: et
ecce præcedet vos in Galilæam: ibi eum videbitis;*
*Ecce dixit vobis*²¹. Videte ne miraculum silentio
occultetis. Non enim servis extra aleam est, ut
Dominica siluerint miracula. *Et cito exeuntes de
monumento cum timore et gudio magno concur-
runt nuntiare discipulis ejus, quia surrexit a mor-
tuis*²². *Et ecce præcedet vos in Galilæam; ibi cum
videbitis. Ecce dixit vobis.*

XI. Mulieres istas ad velociorem cursum adhor-
D tans Spiritus sanctus, clamabat per Isaiam propheta:
*Mulieres venientes a spectaculo, reuite: non
est enim populus habens intelligentiam*²³. Cum porro
mulieres unguentiferæ multo cum timore ac desi-
derio currerent, ac altera cursus velocitate præire
alteri contendere, velletque quælibet prima venire
ac faustum nuntium qui creditus esset, ad aposto-
los perferre; en tibi subito astans Salvator ser-
mones angelicos suæ ipsius formæ sigillo obsigna-
vit; ac earum animis velut addidit alas, dicens eis:
*Avete*²⁴. Rea Eva justificata est; revocatus est
exsul Adam; soluta est sententia; proculeatus est

¹⁹ Matth. xxviii, 6. ²⁰ Osee xiii, 14; 1 Cor. xv, 59. ²¹ Matth. xxviii, 7. ²² ibid. 8. ²³ Isa. xxvii, 11.

²⁴ Matth. xxviii, 9.

malignus serpens; diabolus concidit; confusi sunt A λέλυται ὁ πονηρὸς ὅφις πεπάτηται ὁ διάβολος patroni diaboli; deleti sunt hostes; Judæi inconsolabiliter lugent; Pharisæi audax facinus lamentantur; crux se mihi patronam exhibuit; sepulcrum virtutis meæ testimonium tolit; mors confiteur se vietam; immortalitatis jura subscripta sunt hominibus. In me renovata est humana natura; in me revixerunt mortui omnes; in me concretio regnat; in me coronata est imago mea. Sunt h. triduanæ meæ sepulturæ fructus; hæc certa meæ adversus mortem victoriæ; hi regales imperii mei margariti, quos expiscatus ex inferni profundo mei amantibus attuli. Idecirco igitur gaudete; chorus agite; exsultate; festum diem ac conventum agite: Ite, meis discipulis annuntiate. Videte ut sim immemor injuriarum ac clémens! Eos appello fratres, qui me dereliquerunt sub passionis tempus. Novi quippe injuria affectus ferre longanimis: novi, ingrati animi ac improbi vitia sustinere; novi me amicorum meorum infirmitatibus præbere facilem; novi flentes peccatores misericordia prosequi ac recipere. Ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilæam, ibi me videbunt²². Nuntiate discipulis meis quæ vos vidi- stis mysteria. Estote magistrorum primæ magistræ. Discat Petrus qui me negavit, posse me etiam mulieres apostolas creare. Eant in Galilæam; videantque vile stagnum ex quo ad rationalium piscium punctionem eos piscatos sum. Videant stagnum illud, unde eos ad hominum mare bello laccessendum assumpsi.

κῶν ἰχθύων ἀλιεῖαν ἤλιευσα. "Ιδωσι τὴν λίμνην, ἀφ' οὗ αὐτοὺς [εἰς] τὴν τῶν ἀνθρώπων θάλασσαν μετεστράτευσα.

XII. Hæc Dominus, mulieribus locutus est. Idem vero ipse, etiam nunc in piscina invisibiliter assistit fidelibus. Ipse recens baptizatos, ut amicos ac fratres amplexatur; atque ad eos, *Ave te*. Ipse eorum corda ac animos lætitia gaudioque implet. Ipse sordidos gratiæ fluentis abluit. Ipse regeneratos Spiritus sancti unguento ungit. Ipse eorum et nutritius efficitur, et cibus. Suis ipse servis spiritale præbet congiarium. Universos pios ita affatur: « Accipite, comedite panem cœlestem: accipite mei lateris fontem, quem semper haurientes nunquam evacuetis. Esurientes, saturamini. Sitientes, inebriamini sobria ebrietate ac salutari. » Enimvero, o cœlorum Rex, qui in dextera sedes majestatis in excelsis; tu Dominus incorporearum Virtutum; qui creaturam pro nutu moderaris; qui humanam natum bonitate regis; qui nobis diem hanc celebremque donasti conventum, nostri miserere, ut misertus es meretricis: ne nos repellas, cum de tua freti clementia, scelestis manibus sacrum tuum corpus tenere ausi fuerimus. Ac sicut non repulisti peccatricem illam meretricem, intemeratos tuos

χαταπέπτωκεν οἱ τοῦ διαβόλου συνήγοροι κατηγύνθησαν οἱ πολέμιοι χατηρέθησαν. Κουδὶς πενθοῦσιν ἀπαραμύθητα. Φαρισαῖοι θρηνοῦσι τὸ τύμπανον ἄμολογες· ἡ ἀθανασία τοῖς ἀνθρώποις ὑπογέγραπται· ἐν ἔμοι τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις ἀνακεκαίνισται· ἐν ἔμοι πάντες οἱ νεκρωθέντες ἀνέζηταιν· ἐν ἔμοι βασιλεύει τὸ φύραμα· ἐν ἔμοι ἡ ἐμή εἰκὼν ἐστεφάνωται. Οὗτοι τῆς τριημέρου μου ταφῆς οἱ καρποί· οὗτοι μου τῆς κατὰ τοῦ Θανάτου νίκης στέφανοι οὗτοι τῆς ἐμῆς βασιλείας οἱ βασιλικοὶ μαργαρῖται, οὓς ἐκ τοῦ βυθοῦ τοῦ ἀδου λαβών, ἐκδυσά μου τοῖς ἐρασταῖς. Ἐπὶ τούτοις οὖν γαίρετε· γαρεύετε· ἀγαλλιᾶσθε· πανηγυρίζετε· ὑπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς μαθηταῖς μου. Βλέπετε πῶς ἀμνησίκαδς είμι καὶ φιλάνθρωπος. Ἀδελφοὺς καλῶ τοὺς καταλιπόντας με παρὰ τὸν καιρὸν τοῦ σταυροῦ. Οἶδα γὰρ μακροθυμεῖν ὑθριζόμενος· οἶδα φέρειν ἀγνωσιούμενος· οἶδα ταῖς ἀσθενείαις τῶν ἐμῶν φίλων συμπεριφέρεσθαι· οἶδα τοὺς ἀμαρτάνοντας καὶ δακρύοντας ἐλεεῖν καὶ προσίσθαι. Υπάγετε, ἀπαγγείλατε τοῖς ἀδελφοῖς μου, ἵνα ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαῖαν, κακεῖ με ὅψονται. Ἀπαγγείλατε τοῖς ἐμοῖς μαθηταῖς ἃπερ οὐαῖς ἔθεάσασθε μυστήρια. Πρῶται γίνεσθε τῶν διδακτάκων διδάσκαλοι. Μαθέτω Πέτρος ὁ ἀρνησάμενος με, δις δύναμαι καὶ γυναικας ἀποστόλους χειροτονεῖν. Ἀπέλθωσιν εἰς τὴν Γαλιλαίαν, καὶ ἴδωσι οὓς αὐτοὺς [εἰς] τὴν τῶν ἀνθρώπων θάλασσαν μετεστράτευσα.

C τὴν πενιχράν λίμνην, ἀφ' οὗ αὐτοὺς ἐπὶ τῶν λογικῶν αὐτοὺς [εἰς] τὴν τῶν ἀνθρώπων θάλασσαν μετεστράτευσα.

IB'. Ταῦτα πρὸς τὰς γυναικας ὁ Κύριος ἐφιέγγετο. Αὐτὸς δὲ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς κολυμβήθρας τοῖς πιστεύουσιν ἀσπάτως ἐφισταται· αὐτὸς περιπτύσσεται· τοὺς νεοφωτιστούς ὡς φίλους καὶ ἀδελφούς· καὶ λέγει πρὸς αὐτούς· Χαίρετε. Αὐτὸς εὐφροσύνης καὶ γαρῆς ἐμπίπλησιν αὐτῶν τὰς καρδίας καὶ τὰς ψυχάς. Αὐτὸς τοὺς ρυπῶντας ἀποπλύνει τοῖς τῆς χάριτος νάμασιν. Αὐτὸς τοὺς ἀναγεννημένους χρίει τῷ μύρῳ τοῦ Πνεύματος. Αὐτὸς τροφεὺς αὐτῶν γίνεται καὶ τροφή (14). Αὐτὸς παρέχει τοῖς οἰκείοις δούλοις τὸ πνευματικὸν οἰτηρέτιον. Αὐτὸς λέγει πρὸς πάντας τοὺς εὔσεβεις· « Λάβετε, φάγετε τὸν οὐράνιον ἄρτον· λάβετε τῆς ἐμῆς πλευρᾶς τὴν πηγὴν τὴν ἀντλουμένην ἀεὶ καὶ μὴ κενουμένην ποτέ. Οἱ πεινῶντες, καρέσθητε· οἱ διψῶντες, γηθύσθητε μέθην σώφρονά τε καὶ σωτήριον. » Ἀλλ', ὡς βασιλεῦ τῶν οὐρανῶν, ὁ καθῆμενος ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλοσύνης ἐν τοῖς ὑψηλοῖς, ὁ τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων Κύριος, ὁ τὴν κτίσιν ὡς θελεῖς ἡγιογῶν, ὁ τὴν ἀνθρωπότητα χρηστότητι κυνερῶν, ὁ τὴν ἡμέραν ταύτην καὶ τὴν πανήγυριν ἡμῖν ὀωρησάμενος, ἐλέησον ἡμᾶς ὡς ἡλέησας τὴν πόρνην· μὴ διώξῃς ἡμᾶς, ἐὰν θαρρήσαντες τῇ σῇ φιλανθρωπίᾳ,

²² Matth. xxviii, 9.

(14) *Nutritius et cibus.* Egregie pro Eucharistia. Paucis cuncta docte perstringit, quæ circa bapti-

zandos et in baptismō, præcipua habet antiquus Ecclesiæ ritus, a Dionysio aliisque expositus. I.

τολμήσωμεν χερσὶν ἀμαρτωλαῖς κρατῆσαι σου τὸν ἄγιον σῶμα. Καὶ ὥσπερ οὐκ ἀπεδίωξας ἐκεῖνην τὴν ἀμαρτωλὸν, τὴν πόρνην, ἀπομένην τῶν ἀχράντων σου ποδῶν, ἀνάτχου καὶ παρ' ἡμῶν τῶν ἀναξίων κρατούμενος, καὶ ὡς φιλάνθρωπος περιποίησον πάντας ἡμᾶς καὶ ὡς φιλάνθρωπος σπαγγέσυσον καὶ ἡμᾶς εἰς τὸν φίδιον τὸν σὸν. "Ωσπερ τὸν τριτημακάριον Παῦλον εἰς τὴν ἀποστολὴν, οὐρανόθεν ζυγρίσας, ἀπέστειλας, παρασκεύασον καὶ ἡμᾶς μετὰ καθηροῦ συνειδότος ἐπιτελεῖν τὴν ἡμέραν τῆς σῆς τριημέρου καὶ ζωοποιοῦ ἀναστάσεως. Σὺ γάρ εἶ μόνος Δεσπότης ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, Χριστὲ ὁ

Θεὸς ἡμῶν· καὶ σοὶ πρέπει τὸ δέξια καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ παναγράντῳ σου Πατέρι, καὶ τῷ ζευγανῷ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰώνας τῶν αἰώνων. Αὕτη.

A complexam pedes, etiam a nobis teneri sustine, universosque nos velut misericors ac clemens tuere ut, inquam, clemens et misericors, etiam nos tui timoris sagena conclude. Quemadmodum ter beatum Paulum, eum de cœlo eum venatu cepisses, ad apostolicum destinasti munus; ita et nos, pura tibi conscientia trilucae tuæ ac vivificæ resurrectionis diem, fac celebrare. Tu quippe solus es bonus Dominus ac clemens, Christe Deus noster; teque decet gloria et imperium cum intemeratissimo Patre tuo et vivifico Spiritu, nunc et semper, et in saecula saeculorum. Amen.

MONITUM^(a).

Dogmaticum de Christi baptismo sermonem, nomine Gregorii Antiocheni presbyteri (et deinde patriarchæ ab anno Christi 570, usque ad 593, sedente Romæ Gregorio PP. Magno) verissime inscriptum vidi his annis in vetusto codice Vat. Ottob. 85, Graeceque edidi (Cf. A.A. t. X, p. 560), ut suo denique auctori præclarum scriptum vindicarem, quod aliis codex ex Græcia in Angliam inrectus Chrysostomo attribuerat, repugnante apprime cl. Montfauconio, cui fuit Chrysostomum edenti oblatus, neque tamen verum auctorem ultatenus dirinante. Porro re nunc demum comperta, aliis insuper mihi occurrit ejusdem Gregorii sermo, prædicti optimus et veracissimus testis, de eodem arguento, sed in Latina tantummodo rettere interpretatione. Scilicet Græci sermonis initio dicit Gregorius se præcedente die Dominicō alium habuisse ad populum sermonem de Christi baptismate, quo opere peracto, illa aeterni Patris verba audita cælitus fuerunt: « Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. » Verumtamen dicta illa parte sermonis, quæ erat de baptismo, horam concioni definitam vetuisse narrat, quominus longius progrederetur, ideoque de ambone, imperfecto quasi arguento, descendisse; sed nunc demum nova habita concione, ad rem propositam absolvendam accedere. Hinc ergo mihi exploratum siebat, exstisset priorem quoque illum Gregorii sermonem, quem cum in Græcis bibliothecæ Vaticanæ codicibus non reperissem, in Latinis nuper insperato nactus sum, nempe in Vat. codice homiliarum perretusto litteris Langobardicis scripto, sub num. 4222, p. 92, b, cum præfixo titulo Serino sancti Gregorii presbyteri Antiochiæ. Latini tamen interpretis nomen non apparet, quanquam leviter suspicor Anastasium esse Bibliothecarium, tum quia oratio humilis et injucunda illius calamum redolet, tum quia scriptis Græcis hujusce generis ad Latinam linguam transferendis multam dedisse operam Anastasium scimus. Certe qui Græcum Sophronium ab Anastasio translatum legerit apud nos Spicil. Rom. t. III, is interpretem haud minus rustice Græcizantem comperiet. Libenter ego tamen Latinum hunc sermonem ex codice descripsi: Græcum autem alterum merito subjungendum judicavi, cum interpretatione mea: nam quod olim dixi, extare ejus veterem translationem in codicibus Vatt., paulo aliter esse comperi, nempe non hujus, sed prioris sermonis Latinum ibi latere interpretem, quem nunc luce donamus. In Gregorii Antiocheni patriarchæ mortuali anno conclusit historiam suam Evagrius. Denique sermonem illius in mulieres unguentiferas ad Christi tumulum edidit Combefisius in Auctario, t. I.

GREGORII PRESBYTERI ANTIOCHIÆ SERMO DE BAPTISMO DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI Ex antiquo interprete.

1. Viri amatores Christi, dilectorum fratrum atque hospitalitatis vice (ita cod.), meam suscipite linguam, et hodie aures vestras, seu januas aperientes, in eas meum recondite sermonem. Unusquisque mentibus salubrem prædicationem reponite. Pro eo quod in Jordanem mersus est Salvator noster Christus, diligamus eum quantum nobis condescendit, epulemurque ei avidis animabus.

(a) Ang. Mai, *Bibl. nova Patrum*, tom. II, p. 555.

Bona enim est in salutaribus negotiis aviditas. Et venite, omnes: a Galilæa in Judæam comitemur Christum; beatus enim est qui comitur cum via vitæ. Venite mentis vestræ pedibus, et baptizandum Dominum videamus, qui baptismò non indiget, ut baptismi nobis gratiam condonet. Venite, conspiciamus nostræ regenerationis imaginem depictam in illis laticibus: Tunc venit Jesus a Galilæa in Jor-